



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fidvcia, Cvris Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.l.], 1645

§. 1. Epulum Eucharisticum desiderabile.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

§. I.

Epulum Eucharisticum desiderabile.

EA est autem Numinis bonitas, vt quamuis multi à beneficij datore & manum & vultum auertant, tamen manum ipse non subtrahat, sed vt exhilaret faciē in oleo (Confirmationis) & panis (Eucharistiæ) cor hominis cōfirmet, ac præter sacrū Chrisma, etiam panem cœli prodigiosum prodigiosè porrigat, alijs porrigere detrectantibus; aut absentibus, vt porrigere non possint. *Qui possim ab hoc epulo abesse*, aiunt, dixisse Dianam, cum reliqui Diū adhibiti essent ab Oeneo ad sacrum conuiuū, solam præteritam, aut non admissam. Longè dignius est, vt, qui ad Eucharisticum Epulum non admittuntur, dicant: *Qui possim ab hoc epulo abesse?* Et dicunt, qui Christū diligunt. Nec dicunt frustra, si desunt mortales, vel immortales eorum desiderio satisfaciunt.

§. II.

Eucharistia ab homine negata, à Deo concessa & data.

Erkenbaldus de Burban vir nobilis erat, & potens, inquit Cæsarius, & tantus amator iustitiæ, vt nullam in iudicijs respiceret personam. Hic, cum grauiter infirmaretur, lectoq; de-

Psal. 103o

15o

Lucian.
in Lapi-
this, & in
libello de
sacrificijs

Cæsarius
lib. 9. hi-
stor. c. 38.
Simile, si
nō idem

cum.